



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio septima. Vtrum actus fidei sit certior q[uam] actus scientię an
eco[n]uerso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. XXIII.

ad finem supernaturalem ut dictum fuit prius, ergo sunt in nobis immediate à Deo. Et sic per infusionē. Infunditur autē fides nō quin sine ea infusa possumus credere verum supernaturale, sed quia nō ita prompti & faciliter ut determinari fuit. *lib. dist. 28. q. 2. & sic pater secundū.*

<sup>7ho. 1. 2. q.
62. 4r. 4</sup> 9 Quātum ad terrū scilicet de ordine fidei ad spem & charitatem scinduntur est quod duplex est ordo, scilicet naturae & temporis, loquendo de ordine temporis fides non precedit spei, aut charitatis, sed simul tempore infunduntur. Cuius ratio est, quia hanc infunduntur nobis à Deo ut ordinem nos ad beatitudinem, sed unum non sufficit sine aliis ut prius patuit, ergo Deus qui non deficit in necessariis non infundit unum sine aliis, sed omnia simul supponit dispositione recipientis. Loquēdo autem de ordine nature fides precedit spei & charitatem. Quod patet primo ex actibus. Quia qualis est ordo in actibus talis est in habitibus, sicut sperare & amare qui sunt actus spei & charitatis supponunt credere quod est actus fidei. Affectionem boni supponit eius cognitionem, ergo spes & charitas supponunt fidem. Secundo pater idem per illud quod dicitur *Heb. 11*, fides est substantia sperandarū rerum & exponit substantia i. fundamētum. Et in eodem cap. dicitur quod accedēt ad Deum oportet quod credere ponitur primum principium salutis.

10 Ad primum argumentum dicendum quod virtutes que non important in actu suo imperfectionem fuerunt plenissimē in Christo: fides autem prout pertinet ad statum merendi pro quo solum est necessaria, importat imperfectionē in actu suo, quia est de nō visis, propter quod non fuit in Christo, qui ab instanti sue conceptionis vidit Deum per essentiam.

11 Ad secundum dicendum quod fides est virus infusa, secundum generalem & largā rationē virtutis, nō autē sibi & proprii, sicut philippi loquuntur de virtutibus. Quod autem dicitur quod fides est ex auditu, verū est, quantum ad propositionē credibilium, sed nō quantum ad habiti. Supposito enim habitu ad hoc quod exeat in actu, neesse est quod credibilia proponantur.

12 Ad rationes alterius partis dicendum. Ad primam quod non omnis habitus verū dicens est virtus stricte & proprie, nisi illud verum perfecē cognoscatur per evidētiā in se, vel per resolutionē ad illā quā ex se sunt nota, quod non est ex fide.

13 Ad secundum dicendum quod non est simile de fide & charitate, quia amor potest esse perfectus, ubi cognitio est imperfecta. Intentio enim amoris non respondet intentioni boni cogniti, qualitercūq; sit illud bonum cogniti. Si enim cognoscamus per certitudinē aliquid minus bonum, & per conjecturam probabilem aliquid magis bonum: magis diligimus bonum cogniti per probabilem conjecturam, q; cognitum per certitudinem, quia aestimamus illud magis bonum, quanvis aestimatio certa perfectior sit quam conjectura probabilis. Et quia per fidem habemus obscuram cognitionē obiecto perfectissimo & optimo: ideo non obstante imperfectione actus fidei, actus charitatis potest esse perfectus, & habitus à quo elicetur virtuosus, quanvis fides à qua elicetur actus imperfectus non sit virtus proprii.

Q U E S T I O S E P T I M A.

Vtrum actus fidei sit certior quam actus scientiae, an econuerso.

Tho. 2. 2. q. 4. ar. 8.

Tertio queritur, vtrum actus fidei sit certior, q; actus scientiae, an econuerso. Et videtur quod actus fidei sit certior, quia sicut si habet habitus ad habitū, sic actus ad actu, sed habitus fidei est certior scientia, secundum illud *Aug. 13. de Trin. cap. 1*. Nihil est homini certius sua fide, ergo actus fidei est certior actu scientiae.

2 Item quanto mediū causans cognitionē est certius, tanto cognitionē est certior: sed diuina autoritas, quae est medium per quod credimus, est certior quacunq; ratione humana, per quā aliquid scimus, ergo cognitionē fidei est certior quam cognitionē scientiae.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia visus est certior q; auditus, sed fides est ex auditu (vt videt *R. 10*) scientia autem est intellectualis visio: principia etiā qua-

Quæstio VII.

255 rūdā scientiarū resoluti possunt usq; ad aliqua corporaliter visa, ut in mathematicis: ergo videtur quod tales scia entiā certiores fidei.

4 Itē Hugo de Sacra, lib. 1. dicit quod fides est voluntaria certitudo supra opinionē, & infra scientiā cōstituta. ergo certitudo fidei est inferior certitudine scientiā.

5 R E S P O N S I O. Videnda sunt duo circa istā questionē. Primum est, cum ponantur plures actus fidei, sicut secundū nomen. I. credere Deū, credere Deo, & credere in Deū. Quis istorū sit magis proprius actus fidei. Secundū est de comparatione actus fidei ad actum scientiā.

6 Quantum ad primum scinduntur etiā credere Deum, & credere Deo sunt praece actus fidei, & unus actus non plures. Credere autem in Deum non est praecise actus fidei, sed fidei & charitatis simul, & sunt etiā plures, & non unus actus tantum. Ad cuius evidētiā scinduntur est quod Deus, sive suprema veritas se habet ad actum credendi tripliciter. Vno modo ut obiectū quod creditur sive aliquid circa ipsum, sicut credimus Deum esse trinum & unum, esse incarnatum, vel aliquid huiusmodi. Alio modo ut ratio credendi, quicquid enim credimus, credimus invenientes veritati diuinā quā talia reuelauit. Tertio modo se habet ut unius, secundum illud *Ioan. 20*. Hęc autē scripta sunt ut creditur, & ut credentes vitā habeatis. Credere ergo Deū dicit comparisonē: actus credendi ad Deum, ut ad obiectū creditur. Credere autem Deo dicit comparisonē: actus credendi ad Deum, sicut ad rationem, sive causam mouentem ad credendum, seu medium credendi. Et quia idem actus est quo tenditur in obiectū, ut obiectū, & quo tenditur in obiectū per medium: ideo unus & idem actus est credere Deo, & credere Deū. Credere autem in Deum dicit habitū: actus credendi ad Deum, tanq; ad finem, quem fides ostendit, & ad quā charitas inclinat: unde credere in Deū id est quod credendo amare, & credendo & amando in eum ire, seu tendere. Et hī sunt duo actus duorum habituum, fidei scilicet & charitatis, ut de se patet.

7 Quantum ad secundū, scilicet uter actus sit certior, scilicet indei, an scientiā, dicitur multipliciter. Vno modo quod duplex est certitudo, quādā evidētiā, & sic scire certius est quā in credere. Quia quod scitur evidētiā est, non autem quod creditur. Altera est certitudo adhäsionis, & sic credere certius est q; scire. Quia scilicet credens firmius adhæret creditis, q; tamen scitis. Sed istud nō videtur propter duo. Primum est, quia firmitas adhäsionis impropriè dicitur certitudo. Certitudo enim non stat cum falsitate. Firmitas autem adhäsionis quandoq; est in falsis, ut patet in hæreticis, & in aliis qui pertinaciter adhæret suis opinionibus falsis: ergo firmitas adhäsionis non habet propriè rationē certitudinis. Secundum est, quia firmitas adhäsionis adhuc videtur esse maior in actu scientiā, q; in actu fidei: illi enim firmius adhæremus à quo difficilius recedimus, sed homo difficultius recedit à scientiā si vere sit sciens, & sciat se scientem esse, quam à fide. Ab illa enim videmus frequenter recedere hominem: ergo firmitas adhäsionis videtur esse maior in actu scientiā quam in actu fidei.

8 Alio modo dicitur quod aliquid potest esse certius dupliciter. Vno modo secundū sc. Alio modo quoad nos. Primo modo credere est certius quam scire, quia credita, puta Deum esse trinum & unum, & similia sunt certiora secundum se, quam scita à nobis. Secundo modo est econverso, quia scire certius est quoad nos quam in actu scientiā. Nec istud videtur valere, quia licet ista distinctio possit aliquid modo habere locum in creditis & scitis, sicut dicit Philos. 2. Metaph. de substantiis separatis, quia notiores sunt secundum se substantiis sensibilibus, quanvis non nobis, sed potius minus nota. Tamen in habitibus & actibus non potest habere locum ista distinctio. Cuius ratio est, quia habitus est dispositio habitus, & actus est eius perfectio in comparatione ad obiectū: & ideo nō est certior actus vel habitus, nisi per * quem obiectū sit nobis certius, quanvis possit dici nobilissus ex sola nobilitate obiectū. Et hoc patet ex textu Philosophi in principio libri de Anima, ubi distinguunt nobilitatem scientiā in nobilitatem quae est secundum certitudinem, & in illam quae est ex nobilitate obiectū, quod non est si certa tudo

Magistri Durandi de

tudo scientia est secundum certitudinem obiecti. Tunc enim omnis scientia que est nobilior quoad obiecta, est nobilior quoad certitudinem, quia obiecta que sunt nobiliora vel diuina sunt certiora secundum se. Certus ergo actus vel habitus non est ex certitudine obiecti secundum se, sed ex modo quem ponit habitus circa habentem & actum eius : nullo ergo modo actus vel habitus dicitur certior, nisi sit certior quoad nos.

* Item distinctio que ponitur secundo Metaphysicae de obiectis, quae sicut sunt notiora simpliciter & secundum se quedam vero sunt notiora nobis, non videtur esse vera, nisi sane intelligatur. Potest enim contra eam opponi sic, sicut nihil dicitur scibile, vel scitum, nisi a scientia, sic nihil dicitur noscibile, vel notum, nisi a notitia. Scientia autem & notitia conditiones sunt scientiarum & noscentiarum, & non rei scitae vel notitiae, ergo nulla res est secundum se scita vel nota, sed solum quod nos, qui sumus scientes & noscentes ergo illa distinctio que aliquid dicitur esse notum secundum se, vel notum nobis non videtur bona. Et dicendum ad hoc quod nihil dicitur scibile vel scitum, noscibile, vel notum, nisi ratione scientiarum & noscentiarum. Sed solum homo non est sciens & noscens, immo tenet infinitum gradum inter creaturas intellectuales. Et ideo non omne illud quod est homini notius est simpliciter notius, immo est infinitum notium, sed quod est deo notius est simpliciter notius, quia est notius secundum supremam notitiam. Et quod est notius angelo, est non tuis in secundo gradu, sicut notitia angelii est media inter notitiam dei & hominis. Et tunc dictum Aristotelis veritatur hoc modo, quia que sunt sublimioris naturae in entitate sunt prius nota deo & angelio, qui sunt sublimioris virtutis in cognoscendo. Deus enim primò cognoscit essentiam suam, & per eam cognoscit alia. Etidem dicit Aristoteles de qualibet intelligentia, duodecimo Metaphysicae: propter quod illa que sunt sublimioris entitatis dicuntur notiora secundum se, quam sensibilia, que sunt nobis notiora, quam sunt primò cognita, & maximè à supremis cognoscitibus, qui sunt Deus & angelus, sed simpliciter loquendo nihil dicitur scitum vel notum secundum se & absolute, sed solum ex habitudine aliquius scientiae vel notitiae ad ipsum.

10. Redende ergo ad propositionem altera dicendum est, quod quāvis aliquid creditum, puta Deum esse trinū & vnu, sit secundum se certius & notius, quam multa scita de creaturis, modo quo dictum est, tamen multi habitus scientiae & actus sunt in nobis certiores & notiores fide & actu eius extensiue, & intensiue, quia illud quod habet plus modos certitudinis certius est extensiue, sed sic est de scientia respectu fidei, quia scientia & actus eius habent certitudinem evidenter, & certitudinem adhæsionis: si ramen debeat dici certitudo. Fides autem haberet solum certitudinem adhesionis, quare &c. Item intensiue, quia certius est quod dubitatione est imprimixtus, sed scientia nullo modo potest habere permixtam dubitationem, fides autem potest habere aliquem modum dubitationis permixta etiam falsa fide, ergo videtur quod scientia sit certior intensiue fide. Item confar & certior est scientia beatorum, quam fidis credentium, sed istud non est ex ratione obiecti, quod idem est utrobius. Scilicet diuina essentia, & dei veritas sed solum ratione modi diversi quo tendit intellectus in deum vnum & creditus: ergo in proposito, certior est scientia quam habemus de deo (puta & sit vnu) quam fides quam in modum quo tendit intellectus ad ipsum per scientiam magis quam per fidem.

11. Ad Primum argumentum dicendum quod beatus Augustinus non intendit dicere quod fides sit certior aliis habitibus, ita quod per idem certificetur homo de creditis, sicut per scientiam de scitis, sed vult dicere quod habens fidem, ita certus est se habere fidem, sicut certus est de quocunque alio, credens enim experitus se credere, & per consequens habere fidem: nihil autem est certius experientia, ad quam sit resolutio aliorum, ut habeatur plenior ceptum.

12. Ad secundum dicendum quod quando mediū causans cognitionē est certius non solum in se, sed quoad nos, tunc cognitio est certior, alias non, ut declaratum est prius. Diuina autem auctoritas, propter quam credimus, licet sit certissima

Sancto Porciano

in se, non tamen nobis. Qualiter enim certi simus quod Deus dicat ea quae credimus, non nisi quia sic tenet ecclesia? Vnde sicut alia credita tenemus sub fide, sic iola fide tenemus quod dicta scriptura sit factum diuina auctoritate: & ideo diuina auctoritas non est nobis notior, quam humana ratio demonstrativa, per quam scimus.

QVÆSTIO OCTAVA.

Vtrum Charitas sit forma fidei.

Tho. 2.2.q.4.art.3.

CIRCA Tertium principale queritur, vtrum fides sit forma fidei. Et videtur quod non, quia forma, & id cuius est forma, vnum sunt subiecto, sed Fides & Charitas non sunt vnum subiecto, quoniam fides sit in intellectu & charitas in voluntate, ergo charitas non est forma fidei.

2. Itē si Charitas esset forma fidei, aut esset forma substantialis, aut accidentalis, non substantialis, quia tunc fides non maneret sine charitate, nec accidentalis, quia accidentis non est nobilis subiecto: Charitas autem est nobilis fidei, ut dicitur. I Cor. 13, in fine, igitur &c.

3. IN Contrarium arguitur, quia illud per quod alia quid vivit & operatur est eius forma, sed fides operatur per charitatem, seu per dilectionem, ut sancti dicunt, vivit enim per eam, quia sine operibus charitatis fides mortua est, ut dicitur Iac. 2, ergo Charitas est forma fidei.

4. RESPONSO. Circa quaestionem istam videntur duo. Primum est, qualiter fides formetur per charitatem. Secundum est, an eadem fides numero possit esse informis, & formata.

5. Quantum ad primum sciendū est quod sicut virtus vel actus virtutis moralis potest considerari dupliciter. Vno modo secundum esse natura, alio modo secundum esse morale, sic virtus vel actus virtutis inservit, pura fidei, potest considerari dupliciter. Vno modo, secundum id quod est in esse natura. Alio modo, secundum id quod est in esse territorio. Considerando primo modo fidei vel actum fidei nihil eorum formatur per aliquid aliud, quia forma vel perfectio aduenit perfectibili, sed nihil secundum esse natura aduenit potentia perfecta per habitum fidei, nisi actus eius, qui est ultima eius perfectio naturalis, ergo nec charitas, nec aliquid aliud est forma fidei, vel actus eius, considerando ea secundum esse naturale, si autem considerentur secundum esse meritorum, sic charitas potest dici aliquo modo forma fidei, & actus suu, nisi quod distinguendum est de forma, quia vno modo aliquid propriè dicitur forma, illud scilicet quod inheret & denominat subiectum, sicut color dicitur forma corporis. Alter modo distinguit aliquid forma largi, quia denominat, sicut non inheret, & sic charitas potest dici forma fidei, & ceterarum virtutum, quantum ad esse meritorum, quia actus caro dicuntur & sunt meritior, quia imperatur a charitate, sine qua non habent rationem meriti: & sic patet primum.

6. Quantum ad secundum dicendum est quod eadem fides numero potest esse informis & formata. Quod patet dupliciter. Primum, quia destructa posterior non oportet prius us destrui, sed charitas est posterior fidei salte ordine naturae, ut ostium est supra, ergo destruenda charitate potest remanere eadem fides. Secundum, quia charitas non est forma fidei inherens, sed extrinseca, ne informata fidei vel actum eius quod est natura, sed quod est meritum ergo ea destruenda, destruitur & meritum, non autem fides quod id quod est essentialiter: & sic patet secundum.

7. AD Rationes pate: responsio, quia dum primum probant quod charitas non sit forma inherens. Alia autem probat quod est forma extrinseca denominans actum, quod rationem meriti, quod concessum est.

QVÆSTIONA.

In quo vt in subiecto sit fides.

Tho. 2.2.q.4.art.3. cap. 9.5.

SECUNDO queritur in quo sit fides. Et videtur quod non sit in damnatis, quia per fidem ambulamus, ut dicitur. I Corin. 1, cap. Sed damnatis cum sunt in termino non conuenit ulterius ambulare, ergo in eis non est fides.

2. Item videtur quod saltem non sit in demonibus, quia nullus actus bonus & laudabilis potest esse in demonibus